



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Nic. Clenardi Epistolarvm Libri Dvo**

**Clénard, Nicolas**

**Antwerpen, 1566**

Nicolavs Clenardvs Literato Viro D. Ioanni Vasaeo Amico Non Vvlgari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70781](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70781)

charus, cui tua salus tantæ sit curæ. Dominum Priorem cum matre, & breuiter tam propitiam in te familiam, etsi de facie non nouerim, propter te tamen ex animo saluto. Bene vale, pridie natalis Christiani. Eboræ.

5

NICOLAUS CLENARDVS LITERATO  
VIRO D. IOANNI VASÆO AMI-  
CO NON VVLGARI.

10 **A**VDI fabulam; nō fabulam, sed historiam. Factus sum Aulicus, doctissime Vasæ, sed quàm potero aulicari, ipse iam pridē nosti: tamen iacta est alea: quod mihi diuino quodam consilio factum esse videtur, stultum putabam ei reclamare. Louanij cū essem, quis  
15 fore credidisset, vt me Rex Lusitaniæ vocaret ad instituendum fratrem? Et tamen euenit, nec me mei poenitet. Igitur reuersus abs te noster Marcus, me Salmanticæ stipendiis illis donatū repperit, vt tibi scripsi è Salmantica. Vixdū duodecim dies præterierant, ecce adest  
20 nobis Resendius vnà cum literis Regis & fratris, vterq; aduentū meum optabant; obtulerunt centū millia: statim ego illud cogitabam, Principibus placuisse viris nō infima laus est. Moliebantur me retinere Salmanticenses, & iam agebatur vt mihi vltro Cathedram defer-  
25 rent linguarū; verū ego illis pleno senatu gratias egi & valedixi. Vbi venissem Eboram, nam hīc est aula Regis, biduo post Regem cum Regina salutavi, fuitque tam gratus aduētus, vt mihi gratulatorium munus dari iusserit quinquaginta ducatos. Salutavi & discipulum  
30 meum Principem Henricum Archiepiscopum Braccarensem, & reliquum fratrem Eduardum, qui plurimū gauisi sunt. Cardinalem hæcenus nō adij ob certa eius impedimenta, hodie, vt puto, aditurus. Mirè mihi placet hæc aula: habet enim doctos & Græcè & Latine nō  
35 paucos: ne Salmanticæ quidem reperias, qui aut Græcè aut Latine tam loquantur expedite. Viuit apud me Resendius, & diu, credo, viuet; ita enim placuit Regi.  
Quid

Quid vis? longè hîc mihi puto fore maiorem studiorû tranquillitatem, quàm Salmanticæ, quæ res potissimû à me quæsitâ est. Deinde longè mihi honestius esse arbitror, quotidie horam vnâ colloqui cum fratre Regis, quàm inter tam varios cõflictari discipulos. Et Lo- uanienses quoq; mei tandem credēt me non desipuissè cùm patriam dimitterem. Quòd ad me scripseris Salmanticam, necdum misit Marcus, imò misit, ita enim conuenerat. Verùm nondum ad nos venit agaso, tamen putatur adfuturus intra biduum: literas post- hac propior iam factus, mittam, & accipiam, vt spero, crebriores: Itaque casu contigit quod volebas, vt plures epistolas hoc anno scriberem, quàm decem. Cura- bis itaque apud istos tuos Bibliopolas, vt te certiores faciant, si quando erit huc iturus quispiam, itidem & ego facturus sum, quanquam pigrior te, tamen ope- ram dabo, vt semper epistolam paratam habeam. Bene vale, mi Vasæ. Hammonio dices plurimam salutem, imò hanc legendam dabis epistolam, quando nihil propiè habeam quod ad illum scribam. D. Fernandus sit in aula Cæsaris, an Madril valde scire cupio, nam face- rem eum de rebus meis certiores. item num si istuc epistolam mitterem, vos facilè curare possitis. Eboræ

φιλοτιμία,  
επιταχίον, πο-  
ταχίον.

ultima Decembris. M. D. XXXIIII.

Ο γεακματοφόρος φιλῶ ἐστὶ τῆ Ρησενδίας, καὶ τοῖς φιλοτι-  
σίοις, ἀλλὰ τῶ καλεῖ αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

NICOLAUS CLENARDVS LITERATO  
VIRO D. IOANNI VASAE O  
AMICO SINGVLARI.

I AM scripsi ad te de consilio meo, sed frustra, quando te video fermè irretitum. Tamen quemadmodum testatus sum literis, ita re ipsa tibi hominem præbebo amicissimum, cum quo posses & rei, & studiorum habere liberam communionem. Tu modò dispice an presentis